sitione temporis sed planeta habens aspectum ad aliquem
effectum cum est in signo mobili reddit com-
plexiones et effectus mobiles. Et sic de aliis
suo modo ut videbitur magis infra.

De masculinitate et feminitate et de signis diurnis
et nocturnis vel desertibus dictis
rotem.

Tertio notandum quod sunt quedam signa
masculina. Quedam femina. Dicuntur
talia quia cum signa masculina habent aspectum
super aliquem aspectum effectum reddunt ipsum
fortiorem et quando illud est super quod aspi-
ciunt habet sexum masculinum tunc fetus
conceptus erit masculus. Signum femininum in-
ducit similiter suum sexum. Masculina
sunt Aries. Gemini et cetera. In uno
in pari ordine naturali disposita et masculina
dicuntur diurna quia magis influunt de die.
Alia dicuntur nocturna que sunt feminina
que plus influunt de nocte sicut
Taurus. Cancer et sic de aliis in uno pari
ordine naturali sunt vel situatis. Item quedam
habent vocem ut Aries Taurus. Gemini
Leo. Libra. Sagittarius. Quedam habent
dimidiam ut Virgo Capricornus Aquarius
Quedam non habent vocem sicut Cancer
Scorpius Pisces. Item quedam sunt in generatione
filiorum mediocria nec omnino sterilia
nec omnino generativa ut Taurus Gemini
et Aquarius. Quedam sunt plures filios
generantia sicut Cancer Scorpius et Pisces. Que-
dam sunt sterilia ut Aries Leo Virgo
Libra Sagittarius et Capricornus. Quedam
sunt bicorpora sicut Gemini Virgo Sagitta-
rius Pisces. Alia unicorpora. Item quedam
sunt quadrupedia ut Aries Capricornus
Leo et finis Sagittarii. Alia sunt poli-
pedia ut Cancer Scorpius. Alia bipedia
de signis

aries et leo sagittarius sicut calidi sicci ... taurus virgo cum
capricornus frigida sicca ... calida sunt humida ... aqua ... ut
aquarius libra vel aer ... frigida sunt humida cancer scorpius et pisces

ut Virgo Gemini Libra Aquarius. ¶ Alia sine pedibus ut pisces. ¶ Et quedam vocantur ut Cancer et omnia ordinate consequenter usque in fine Sagittarii et ista oriuntur de die in estate. ¶ Dicitur autem signum recte oriri quod oritur in duabus horis equalibus aut maiori tempore. ¶ Alia oriuntur oblique scilicet alia sex sicut Capricornus Aquarius Pisces Aries Taurus Gemini. ¶ Dicitur autem oriri oblique illud quodcumque oritur in minori tempore quam in duabus horis equalibus. Et omnes iste distinctiones signorum dantur hic quia faciunt ad industriam astronomie.

Quod signum quale membrum in corpore humano respiciat

[illegible] principale speculandum quod Aries quod est principium et caput signorum habet [illegible] aspectum [illegible] sicut tota [illegible] [illegible] est [illegible] ¶ Taurus respicit collum et guttur et scapulas que in illis partibus [illegible] [illegible] valde robustus ¶ Gemini respiciunt brachia manus et ulnas et ascellas quia Gemini dicuntur duo iuvenes amplectentes se et brachiis amplexus est in illis partibus ¶ Cancer respicit pectus et partes circa ipsum vel ipsum componentes quia Cancer habet pectus valde robustum et non caput in medietate ¶ Leo respicit cor os stomachi et pulmonem epar et [illegible] quia totus vigor leonis est a corde et ab istis membris ¶ Virgo respicit intestina et fundum stomachi et umbilicum quia victoria virginis ab hoc descendit ¶ Libra respicit renes nates et pelliculas circa illas et [illegible] et earum partes vicinas ¶ Scorpius respicit membra genitalia sicut [illegible] [illegible] sicut testiculos et bursam [illegible] quia tota virtus scorpionis est in cauda et hec sunt quasi caudalia hominis. ¶ Sagittarius respicit coxas et musculos eius et [illegible]. ¶ Capricornus genua ¶ Aquarius crura ut tibias ¶ Pisces considerant pedes. Et sic patet quod signum cuiusmodi membrum respiciat et hoc multum valet ad medicinam

Quartum et ultimum principale est de triplicitatibus signorum et de complexionibus eorum

Circa quartum principale notandum quod sunt quatuor triplicitates signorum ¶ Prima est calida sicca ut visum est et respicit de partibus mundi orientem et de complexionibus colericum hominem et de etatibus iuventutem ¶ Secunda triplicitas est frigida sicca et habet de partibus mundi meridiem et respicit de complexionibus melancolicum ¶ Tertia triplicitas est calida humida et habet de partibus mundi occidentem et de complexionibus sanguineum de etatibus pueritiam. ¶ Quarta triplicitas est frigida humida et habet de partibus mundi septentrionem et de complexionibus flegmaticum et de etatibus senium. Prime triplicitatis dominus est sol in die Iupiter in nocte et eorum particeps est Saturnus. Secunde triplicitatis domina est in die Venus in nocte Luna et utriusque particeps est Mars. ¶ Tertie triplicitatis dominus in die est Saturnus in nocte Mercurius et Iupiter est particeps. Quarte triplicitatis in die domina est Venus ~~Martis~~ Mars in nocte quorum particeps est Luna. Per hec patent ea que de signis fuerunt proposita. **De planetis**

Circa planetas considerandum est primo de numero et motu eorum ¶ Secundo de virtutibus eorum in influendo ¶ Tertio de aspectibus et oppositionibus eorundem in diversis locis.

Circa primum. **Quare dicantur sic**

Intelligendum est quod .7. sunt planete scilicet Saturnus Iupiter Mars Sol Venus Mercurius Luna ¶ Unde sciendum quod hee stelle dicuntur planete quia errantes sunt respectu stellarum fixarum que licet in suis circulis uniformiter moveantur non tamen uniformiter moventur respectu firmamenti unde planetes grece error latine dicitur. ¶ Uniformiter quilibet istorum planetarum movetur diversis motibus uno ab oriente in occidentem per motum primi mobilis ¶ Alio contra ab occidente in orientem per motum proprie spere ¶ Item omnis planeta preter solem aliquando est retrogradus aliquando directivus aliquando stationarius et hoc propter diversum eius motum in epiciclo. In quo directivus est fortior in fluxu et quando retrogradus debilior et quando stationarius mediocriter. Circa statio ut directio seu retrogradatio accidit in planetis penes motum ipsorum proprium qui est ab occidente in orientem

De virtutibus planetarum in influendo Nota quinque proprietates planetarum et quos.

Aries sic cancer virgo libra sagitta aquarius [illegible] pisces [illegible] venus [illegible]

126

e sciendum notandum quod Saturnus est planeta
frigidus et siccus vite contrarius ne
inimicus in motu suo proprio naturali versus occi
dentem est valde tardus et est proprius pla
neta virorum macrorum nigrorum fictorum
potosorum tristium et maliuolorum habentium
rara barba et libenter maculant
cum vestes suas De Joue homines respiciente
Jupiter est planeta calidus humidus
beniuolus in motu suo proprio aliquan
tulum tardus et est proprius planeta vi
rorum vel illorum qui sunt benigni grossi
religiosi reuerendi inter omnes et hij
habent barbam spissam et subrubeam
nec sunt calui De marte
Mars est tauus planeta qui est
calidus siccus maliuolus me
diocris in suo motu proprio nec mul
tum tardus nec multum velox et est
planeta iracundorum tyrannorum furio
sorum caluorum vel crispiorum maliuolorum
Sol est De sole et supptorum
calidus siccus beniuolus influens
lumen et vitam omnibus virtutibus naturalibus
In motu mediocris et est planeta pul
chrorum splendidorum et reuerendorum in
facie et in omnibus gestibus et qui liben
ter cum magnis et nobilibus conuersantur
Venus est planeta De venere et
frigidus et humidus temperate beni
uolus et motus eius est fere sicut
motus solis et non est differentia nisi
epicicli sui sicut est de mo
tu mercurij Venus aspicit
iuuenes lasciuos comatos scilicet
pectinatos luxuriosos libenter fa
cientes opera mulierum et cum eis conuersantes
Mercurius est temperate De mercurio
complexionis beniuolus et libenter
communicans dispositionem suam illi plane
te cui coniungitur sive bono sive ma
lo et motus eius est sicut motus so
lis nec est differentia nisi in epiciclo
sicut dictum est de venere Aspicit autem
homines bene dentatos facundos sa
pientes et leuis moris non ma
gni corporis flaui coloris De luna
Luna est planeta infimus fri

gidus et humidus beniuolus et ipse regit
omne humidum cuius motus proprius est
velocissimus ut in xxvij diebus et viij ho
ris perficit ipsum cum parvis temporis fra
ctionibus Aspicit autem homines flegma
ticos ydropicos epylempticos et apople
ticos sciaticos podagricos arthriticos et
breuiter omnes patientes de causa humo
ralis cum ipse omnes humores habeat regere
Isti sunt generales proprietates planetarum quorum
duo dicuntur infortune sicut Saturnus et
Mars et duo ipse dicuntur fortune sicut
Jupiter et venus licet alij fortunas
influant tamen in istis contingit sepius
Sol et luna dicuntur luminaria quia
plus illuminant nos quam alia astra
Mercurius est communis sue dispositionis
in alios quibus coniungitur et bonis et malis
De aspectibus planetarum et operationibus eorundem
Vnde etiam notandum est quod planete
sunt in signo sicut anima in corpo
re quod secundum dispositionem signi sicut anima
secundum dispositionem corporis operatur. Vnde pla
neta calidus plus calefacit quando
est in signo calido et frigidus minus in
frigidat et contrario contingit in signo
frigido. Sciendum quod influentia
alicuius planete potest fortificari iiij modis
et isti quinque modi dicuntur v fortitudines
planetarum vel testimonia que sunt
domus exaltatio triplicitas terminus
facies Domus dat planete v forti
tudines et est planeta in domo sua
sicut rex in summa arce sua et in ex
celso solio glorie sue Planeta est in
exaltatione sua sicut rex qui coronatur
vel sicut miles non tamen in summo et excel
so suo throno. Planeta in triplicitate
sua est sicut rex in honore et inter exer
citatores suos. Planeta in termino suo
est sicut homo inter cognatos et notos
Facies dat planete quod locus magistri
dat magistro. Vnde facies dat
solum vnam fortitudinem. Terminus duas
Triplicitas tres. Exaltatio. 4. et domus
dat v. fortitudines Omnis plane
te vel signi habet binas domos preter

Diuisio locis

sole et luna quorum unus habet unam et alius aliam. Domus solis est Leo quia in ipso dicitur esse creatus et est signum calidum sicut et sol. Domus lune est Cancer quia est signum frigidum humidum ut luna. Virgo est domus Mercurii. Libra domus veneris. Scorpius autem domus Martis. Sagittarius vero domus Jovis. Capricornus quoque domus Saturni. Et sic descendendo de planetis. Aquarius iterum domus Saturni. Pisces vero domus Jovis. Aries quidem domus Martis. Taurus quoque domus veneris. Sed gemini sunt domus Mercurii. Sed prime domus istorum sunt essentiales et pre alie vero sunt accidentales et secundarie.

Quis planeta in quo signo exaltetur et in quo deprimatur

Sciendum est quod sol exaltatur in ariete et deprimitur in libra. Luna exaltatur in tauro et deprimitur in scorpione et sic semper si aliquis planeta exaltatur in aliquo signo semper deprimitur in opposito. Saturnus exaltatur in libra et deprimitur in ariete. Jupiter exaltatur in cancro et cadit in capricorno. Ejusdem de marte quia exaltatur in capricorno et ruit in cancro. Venus exaltatur in piscibus et cadit in virgine. Ejusdem de Mercurio. Et iste sunt exaltationes planetarum. Quid sit triplicitas

Triplicitas planete est ista qui signum aliquod est eiusdem complexionis cum planeta ut sol cum est in ariete et sagittario est in sua triplicitate et luna in piscibus et in scorpione et sic de aliis. Vel forte planeta est in sua triplicitate quando est in signo eiusdem complexionis et eiusdem triplicitatis cum signo quod est domus eius. Preterea sicut sol in ariete et saturnus in tauro et venus in capricorno et facies signorum et planetarum secundarie sic sumitur. Quia cum quodlibet signum habeat 30 gradus et partiatur per tres partes quelibet portio continebit 10 gradus qui dicuntur facies alicuius planete ut prima facies arietis hoc est 10 primi gradus sunt facies Martis. Secunda facies est 10 est 10 alii gradus sunt facies solis et 10 ultimi gradus sunt facies veneris et sic similiter de aliis. Item prima gradus tauri sunt Mercurii et 10 sequentes lune et 10 ultimi sunt Saturni et 10 primi geminorum sunt Martis et sic de aliis secundum ordinem signorum et planetarum sive successionem utriusque eorum.

cuius De aspectu planetarum. De unius

planetarum non est vis faciendum quia non multum confert propter hoc fortitudo alicuius planete et tamen difficiles sunt ad inveniendum nisi per figuram disponantur sicut dicit alcabicius. Sciendum est quod planete habent fortitudines per horas in quibus dominantur quia semper planeta dominatur in hora sua. Ut Saturnus prima die sabbati. Jupiter in secunda. Mars tertia. Sol in 4. Venus in 5. Mercurius in 6. Luna in 7 et iterum revertendo Saturnus in 8 et secundum ordinem planetarum procedendo Luna in 9 et revertendo Saturnus in 15 et 22 et Jupiter 23. Mars vero 24 et sic similiter dies naturalis 24 horarum cum plures non sunt hore in die naturali. Relinquitur ergo quod in prima hora diei dominice dominatur sol a quo dicitur dies solis. In secunda venus et sic de aliis. Per hanc regulam potest sciri quis planeta dominatur in qualibet hora diei cuiuslibet. Et non quod dies semper denominatur a planeta que dominatur in prima eius hora ut saturnus in prima hora sabbati et sol in prima diei dominice et luna in prima diei lune et cetera.

Vero omis. De aspectu planetarum

Dicto de perfectionibus et fortitudinibus est alia fortitudo vel perfectio que dicitur aspectus. Et iste aspectus planetarum est relatio planetarum secundum suos situs. Isti aspectus principaliter sunt 2 uno

ut abusione vocabuli coniunctio sit aspectus ¶ Et secundus dicitur sextilis ¶ Tercius dicitur quartus aspectus sed ex quarto ¶ Quartus dicitur oppositio ¶ Secundum autem quod coniunctio inter planetas fit quando approximat sibi per minorem distantiam quam .12. gradum et unus cadit sub radiis alterius. Tunc soli dicitur iunctus planeta quando appropinquat ei per .12. gradus et dicitur tunc omnis planeta combustus propter splendorem solis et tunc libentius generantur pluvie. Sicut videmus quod luna existente cum sole in fine mensis lunaris fiunt pluvie et ideo tunc melius fluit ¶ Iste aspectus inter planetas est amicitie manifeste et benivolentie ut quando bonus coniungitur bono augetur et stabilitur bonitas eorum Et si bonus malo coniungatur stabilitur malitia illius et debilitatur mediocriter bonitas illius ¶ Et qui bene vult incipere aliquid laudabile aliquod opus bonum debet capere lunam ut sit iuncta benivolis planetis vel saltem separata a malis Et qui vult maleficium puta de veneno ut aliquid huiusmodi facere debet eligere tempus in quo ipsa sit iuncta malis vel separata a bonis ¶ Secundus aspectus est sextilis hoc est quando planete distant per sextam partem zodiaci sic per duo signa vel per 60 gradus ut unus ponatur esse in principio arietis alius in principio geminorum vel unus in medio unius et alter in medio alterius et sic de aliis et talis aspectus est amicitie non manifeste sed occulte et benivolentie occulte ¶ Tercius aspectus est quartus quando planeta aspicit planetam per distantiam trium signorum que distantia est quarta pars zodiaci totius sicut si unus planeta esset in principio arietis et alius in principio cancri aut si unus in medio vel in fine unius et alius similiter in alio Et talis aspectus est occulte inimicitie et odii

occulte et perditionis ¶ Quartus aspectus est oppositionis quando planeta distat ab alio per dimidium totius zodiaci puta per 6. signa ita ut planeta in principio arietis vel in medio aut in fine opponatur planete existenti in principio libre vel in medio vel in fine et sic de aliis similiter per spatium dimidii zodiaci distantibus. Talis autem aspectus est inimicitie manifeste et belli et nocumenti evidentis ut quando aliquis planeta est in uno situ manifeste et evidenter impugnat alterum planetam existentem in situ opposito *De .12. domibus quibus planetis ibi existentibus dant suas fortitudines et propter quasdam influentias sine quibus non potest bene iudicari*

Visis proprietatibus signorum et fortitudinibus planetarum oportet iterum considerare de .12. domibus que planetis ibi existentibus dant suas fortitudines et propter quasdam influentias sine istis non potest bene iudicari nec grosse nec subtiliter ¶ Unde sciendum quod domus est portio .12. zodiaci. per 12. partes secundum existentiam signi orientis divisi. Unde domus non sunt semper equales Ex illo quod sunt quando oriuntur signa meridionalia sunt minores illis que sunt tunc quando oriuntur signa septentrionalia et econverso quando oriuntur signa meridionalia. Tres domus sunt ascendentes subtus terram ut ab angulo terre usque ad punctum orientis scilicet prima secunda tertia. Tres vero ascendentes super terram. puta que sunt a puncto orientis usque ad lineam medii celi ut .12. 11. 10. Similiter sunt 6. descendentes opposite hiis ut patet in figura.



Prima domus est cuius principium est
in parte zodiaci que contingit orien
tem in parte orienti celi et dicitur domus
ascendentis. et significat super vitam omnium que
incipiuntur ex parte incipientium sicut
nativitatum itinerum rumorum medio
cationum et omnium motuum ¶ Secunda do
mus dicitur domus spei et acquisitus et minis
trorum et significat finem ante vite et fine
iuventutis. ¶ Tercia domus est fratrum
sororum cognatorum conviciorum et parve
tum ex parte amicorum et brevius itineris
et mutationum et questus et sompniorum
et religionis et ministrorum religionis.
¶ Quarta domus est patrum et hereditatis et
verum immobilium ville in qua manens
et in qua natus est et thesauri absco
diti et est hora post mortem ¶ Quinta do
mus est filiorum nunciorum cibi potus
ludorum lucrorum pigmentum et vasorum
pictorum et monetarum ¶ Sexta domus
est infirmitatum servorum animalium
domesticorum et captivorum ¶ Septima
domus est uxoris et nuptiarum contentionum
et contractuum et omnium oppositorum et significat
medium finis vite et sociorum et latro
num ¶ Octava domus est domus de
domus mortis timoris divitiarum hereditatum
dictarum. mortuorum et finis annorum
vite ¶ Nona domus est peregrinationum
et itinerum fidei et religionibus sapientie
et philosophie. librorum rumorum et sompniorum
¶ Decima domus est regie exalta
tionis et sublimationis regum et

memorie magistri atque matrum et dominium
annorum vite ¶ Undecima domus est fiducie
et fortune et laudum amicorum et ministrorum
et auxiliatorum et amoris fine ¶ Duode
cima domus est domus inimicorum et laborum
pugne et tristicie in nidie incarceratio
nis in gemorum et bestiarum et significat fine
vitem. et quod accidit ex ceptione inimicibus
¶ Hec sunt significationes quatuor domorum xii.
¶ Sed .x. que sunt in .x. punctis principaliter
sunt fortiores in significando ut prima .x. vii.
et .x. Et dicuntur angulares. Secunda
v. viii. et .xi. dicuntur succedentes angulis
et disponuntur ad bonum et ad fortunam. Tercia
et .vi. et .ix. et .xii. dicuntur ab angulis cade
ntes et quo adhoc ad malum disponuntur.
¶ Planete quoque habent fortitudines quasdam
in domibus istis que dicuntur gaudia.
Unde Mercurius gaudet in ascendente
Luna in iii. Venus in v. Mars in vi. Sol
in ix. Jupiter in xi. Saturnus in xii. Et quia
multa dimitto etiam hoc adhoc conside
randa. De aspectu signorum ad singu
ula membra corporis

Sciendum autem quod luna cum habeat
potestatem movendi et regendi humidum
manifestum est quod ipsa in qualibet signo re
spicit quodlibet membrum hominis ita quod
quando luna est ibi non est bonum ledere
ut in medicari illud membrum. Unde
aries cum habeat aspectum ad caput si
aliquis ledatur in capite luna existente
in ariete licet modicum sit vulnus non
bene inde potest adpleurum sine pena
curari ¶ Similiter est de collo quod est
in thauro. et de brachiis quod est in
geminis. unde tunc non competit flebotho
mari. quia de his partibus aut sanguinis
non extrahendus nisi ad malum et sic opus
considerare in aliis. De incepcione opis
tum non quod mobile est in ipsa bona vel mala
aliquid opus quod sit mobile luna existente
in signo stabili. ut ne impregnatione
luna existente in thauro vel scorpione
vel leone ¶ Si aliquis novas vestes

in domo ut fecerit tunc opus in eis aut
moriet aut ad mortem ledet ¶ Similiter
malum est opus stabile incipere luna
existente in signo mobili. puta fundare
domum quando luna est in ariete vel cancro etc.
**In quibus signis luna est fortunata vel
non fortunata.**
No de fortuna [margin]
Tercio luna est infortunata in fine libre
et in principio scorpionis et hoc ante partem
tum illam et post. per 12. gradus inquibus
12. gradibus dicitur esse in via combusta
propter hoc in istis locis. quia luna et dominus
ascendentis fortissime operantur in
inchoatione operum omnium et ideo semper scito
quod primo a iudicibus est locus lune et
aspectus eius attendendus deinde
domini ascendentis ¶ Nunc dicta
de iudiciis particularibus pertinentibus solum
ad mediciniam pertinentibus. **De iudiciis
solum que faciunt ad medicinam**
De iudiciis autem particularibus que
faciunt ad medicinam nondum
primo quod ad perfectum iudicium oportet
scire rem. de qua queritur quia domus habet
rem significare et ascendens et dominus
eius et signum quod est in domo rei que
sit et dominum eius et quomodo se habet ad
dominum ascendentis et ad lunam ¶ Et
ascendens et dominus eius significant infirmum
medium celi et dominus eius significant me
dicum et .7. domus et dominus eius significant
infirmitatem. et .4. domus cum domino suo
significant medicinam. Itaque si malus
est in ascendente vel dominus eius malus
est ipse patiens sibi ipsi nocebit. Si
vero fuerit ibi bonus. econtrario contingit. Si-
militer in .10. domo que est in medio celi
si fuerit bonus bene perficiet ea medicus
Si vero ibi fuerit malus tunc ledet
a medico patiens. Si vero fuerit for-
tuna in .7. patiens cito curabitur
Si autem ibi fuerit malus tunc patiens
cum sibi de egritudine in egritudinem
¶ Similiter si in .4. signo fortuna fuerit

medicina cum iuvabit et si infortunium
erit ibi medicina sibi nocebit. Et
si ascendens fuerit signum mobile et luna
fuerit in signo mobili et dominus ascendentis
similiter tunc egritudo cito mutabitur
ad bonum vel ad malum precipue si
luna est in cursu velox et dominus ascendentis
et dominus septimi fuerint pessimi. Si
autem hoc contrario acciderint significa-
bunt egritudinis longitudinem
precipue cum fuerint in signo fixo. Sed
si dominus ascendentis fuerit bonus et fuerit
liber a malis. et luna similiter tunc egritudo
mutabitur ad bonum precipue si hoc non
amittabitur respiciunt dominum domus
mortis que est .8. domus. Sed si luna
vel dominus ascendentis aut dominus domus
infirmitatis que est .6. ab ascendente
fuerint combusti et retrogradi aut dominus
ascendentis fuerit in domo mortis quia
metus mentis et dementia tunc non spe
rabis ¶ Et si luna fuerit iuncta domino as
cendentis pessimo et luna fuerit aucta
lumine et ambo fuerint expedita ab in
fortuniis tunc patiens cito curabitur.
¶ Sed si luna fuerit iuncta domino domus
mortis et impedita significat mortem. Unde
quotiens luna et dominus ascendentis impe
diuntur malum significat et timor de longa
infirmitate aut de morte vel de eius
dimicatione. Sed quando fortunati sunt et in
fortitudinibus bene dispositi tunc bonum
est et ad vitam ¶ Sed quando dominus domus
mortis et dominus domus infirmitatis vel
dominus domus .4. fortificatur per situm aut per
aspectum precipue quando impediunt lunam et
hoc est malum significat et ad mortem. Sed quando
impediuntur et debilitantur est bonum significat
¶ Et bonum est considerandum ad dominum in
firmitatis patientis hoc per almutam
qui fuerit dominus super alios in nativitate
patientis et ille fuerit qui plura habuit
testimonia fortitudinis. Si igitur dominus

nativitatis illius bene se habuit nec
combustus nec retrogradus nec aliter impe
ditus fuerit paciens fortificabitur et cura
detur. Sed si fuerit alio modo signum erit
infortune et debilitacionis pacientis et
et mortis. ¶ Item sciendum quod dies .xi.
in egritudine est forcioris virtutis quo
ad crisim bonam quia cum signa sint
opposita et qualitatibus habeant duas qualita
tes sibi contrarias tunc luna in .xi. die
semper est in signo sibi opposito in ambabus
qualitatibus aut saltem in activis
qualitatibus oppositis illi signo in quo
cepit egritudo quia sicut apparet per
medium motum lune luna in .xi. die
mutat signa quartum. Verbi gratia. Si egritudo
alicuius incepit luna existente in ariete
in .xi. die erit in cancro in simili gradu
sicut in ariete fuerit. ut si fuerit
in primo arietis erit in primo cancri et
sic de aliis ¶ Aries autem cum sit calidus
et siccus opponitur cancro qui est frigidus
et humidus in utraque qualitate. Similiter
si in prima die egritudinis fuerit in tha
uro in .xi. erit in leone quamvis non
opponantur in utraque qualitate opponuntur
tamen in qualitatibus activis. Iterum quod
si egritudo causatur ex frigido iuvatur
natura ab influencia corporis celestis
luna existente in signo calido ut in
proposito exemplo ¶ Similiter est si in prin
cipio egritudinis fuerit in geminis in .xi. die
erit in virgine que sibi opponitur in
utraque qualitate et sic de ceteris. Unde si
fuerit luna impedita vel debilitata
semper in talibus fit melior crisis vel
saltem forcior in .9. die quantum est de virtute
corporis celestis quod licet in .10. die sit
luna in signo opposito quo ad situm
non tamen est ita oppositum quo ad formam
sicut quartum signum quod septimum signum
semper est oppositum in una sola qualitate
scilicet passiva. ut patet aries est calidus

Nota de virtute signorum

siccus libra calida humida in sola siccitate
et humiditate opponuntur. Similiter taurus et
scorpius opponuntur in eisdem qualitatibus.
Similiter gemini et sagittarius. Ideo non
est ita fortis crisis in .7. die quia septimum signum
ad primum sicut quartum ad decimum primum. Sic
sicut non ita opponitur cancer humidus sicut
calidus et frigidum ¶ Item est decimus
forcior est .xi. quia in .10. die semper occupat
luna signum quod priori opponitur in activa qualitate
semper sed illa est sola. Sed in .xi. die luna
semper est in signo in utraque qualitate priori
opposito ut in .6. signo. Verbi gratia aries
est calidus et siccus virgo frigida sicca in activis
solum opponuntur. Taurus et libra in utraque
Gemini et scorpius in activis solum. Propter hoc patet
quod compositio in aliis diebus creticis qui
meliores sunt vel forciores. Sed de aliis
creticis diebus breviter et indiscusse
pertransseo quod non habeo intencionem nisi
ostendere quod medicus optimus potest iuvari
in opere et in pronosticacione per scienciam astrorum et
quod multi incurrunt errores intollerabiles
qui ad hoc non consideraverunt. Quoniam autem
medicus peritus non semper potest habere certa
loca planetarum ut omnia particularia
circa hoc consideret et cum luna maiorem
efficaciam quo ad motum humorum et egritudinum
habeat ideo dicam quosdam canones novi ex
sola dispositione lune preter alios planetas
precipue ¶ Secundum ... quod sicut
virtus activa indiget per calidum sicut in
corpore ... et ... sic debet
confortari quando indiget calidis vel melo
ut quando luna est in signo calido sicco. Et
similiter digestio debet confortari quando luna
est in signo calido humido ¶ Item est quod
expulsiva adiuvari debet dari quando
luna est in frigido humido signo. Et qui
hec negligenter aspiciet non curat morbos

Nota

Nota ad expulsivam

in eo potest virtus celi virtutem operabitur ut feliciter quod confortabit expulsivam secundum medicinam laxativam virtus celi per influentiam hanc operatur adiectivam fortificationem istam in aliis. Et ideo verum est quod dico de talibus influentiis celestibus aliquid laus est turpe est vel dispice velle

Nota

Ideo quod si aliquis voluit proponere vel operationem medicorum confortare virtutem retentivam tempore secundum quod luna sit in signo frigido sicco sicut in thauro vel in virgine. Aut tamen in scitando signum frigidum siccum sit ascendens. Et si potest fieri cum confectio in signum constellatione certo efficacius et melius operabitur. Unde sicut secundum thebit ymagines sunt habentes virtutes lapidum preciosorum nec ab aliquo habent virtutem nisi ab aspectu planetarum in tempore quo artificiantur cum materia illarum sit terrea vel metallina tunc ex parte materie non natura possunt acquirere virtutes sed solum ex virtute celesti que sit in tempore factionis earum irradiatur. Sic et de confectionibus et medicinis compositis patulum habent virtutes ex parte compositionis in illo componentur quam ex parte materie ex qua componitur.

Nota de confectionibus

Unde confectiones facientes confortationem retentive debent fieri in dictis constellationibus sicut zuccara rosarum diacitonitum diaprunis et cetera.

Nota in scitanda laxativa signis

Si autem aliquis velit confortare virtutem expulsivam secundum medicinam sua primitate luna existente in signo frigido et humido vel saltem humido et quod tale signum sit ascendens ut cum luna est in cancro aut in scorpione et in piscibus nisi aliud quid dicatur. Similiter confectiones adiutorie valentes debent componi in constellatione sibi ut omnes medicine laxative ut non solum virtus operatur earum sed ex materia sed et celestis virtutibus influenciam.

Sed cum divisi planete diversos humores respiciant operatur attende quod semper cum humorem aliquem secundum evacuari secundum eligi tempus in quo planeta illum humorem aspiciens male se habeat aut debilitetur

Quis planeta in medicina laxativa debet debilitari et quis non

Unde notandum quod Saturnus respicit melancoliam quod illam generat et tamen sit et ideo multa emathia fractura dum Mars respicit coleram quam generat et auget nutritat et sol. Jupiter et venus habent respectum ad sanguinem. Sed luna aspicit flegma. Sic igitur patet quis planeta in medicina laxativa secundum debilitari et quis non. Similiter suo modo est faciendum in omni alia operatione confortativa aut in opere omni faciendo secundum quod planete habent potestatem in signis talibus et talibus. Sicut aliqua diversimode operatur sed quod est in signo diversimode dispositi. Ideo etiam quod cum luna est in signo retrogrado bonum est dare medicinam vomitivam ut in cancro Et cum dare medicinam stante luna in leone tunc nocet stomacho et gutturi vel quod facit vomere sanguinem. Nec etiam tunc bonum est flebotomari. Nec cum luna est in ora obviationis sicut infine libre et in principio scorpionis in vero per 12 gradus. Item quedam signa sunt ut aries. Thaurus capricornus in quibus cum luna existit si dederis medicinam tunc cito evomet eam ille qui accepit. Unde tunc non secundum dare medicinam secessivam sed vomitivam.

Qualiter sit tempus electum ad medicandum

Quarto sciendum est intelligendum est quod tempus electum ad medicandum est cum dominus ascendentis est liber a malis et luna nec aliud earum impeditum est a malo

Sed est domus .10. bene disposita. et tunc
bene potest medicus ministrare medicinam
¶ Alio modo si etiam administret non conside
rando ad huius fortia et debilia et negli
git hic propter consideraciones ad mutabilia
magis que sunt partes constitucionis si sciuntur
hoc est accidentaliter nec est eius domini sed domi
nacie. **Quid tenendum sit in medicando**

Lune autem debemus cavere in me
dicando quando luna est in malo aspec
tu martis vel cum saturno. ¶ Item si ipsius
constitucionis luna fuerit in signo mobili
¶ Item si est variabilis et cito permutabi
lis ¶ Si autem fuerit in signo stabili sic
est in infirmitate stabilit in uno statu. Sed
in signo mediocri mediocriter se habet.

Quid sit optimum tempus medendi

Primum autem tempus medendi tercio pa
ribus est quando luna est in prosperis non
impedita. ¶ Hec talia plurima parti
cularia de singulis infirmitatum certe
dicendo sed hic prosequendo sunt notanda non
quia dent perfectam aut completam doc
trinam sed quia philosophi sciant et intelligant
tamen aliquis plebeus et idiota habeat
aliquid sive scintillam quia multi deli
ciantur se que non noverunt et quando in
eis per inquisitiones perfunditur omnis
vani ac non facti reperiuntur. ¶ Hec
phisica pura ac generalis introductio
ad iudicia astronomie circa partem
ad medicinam introducendum ea designans
generaliter et sufficientius quam de curis
secundum quod tempus optimum in ipsis est perti
gendum. **De consideracione dierum**

Ad intellectum **creticorum**
dierum creticorum supponendum est
quod licet in celo non sit contrarietas proprie
propter motum circularem ut ostendit
in de celo et mundo tamen ibi est principium
et remocius ut habetur ... q
hinc quedam proprie ad naturam contrariorum. [illegible]
di. scilicet philosophorum celum est causa contrariorum
propter contrarias disposiciones in ipso contingentes

Maior autem remocio que possibilis est
inter corpora divina et celestia quod dyametra
lis opposicio propter quod dixerunt philosophi astrorum oppo
sitionem esse fortissimum aspectum contrarietatis et
inimicitie quod est medietas eius quarum aspec
tum consequenter medietatem huius medi
etatis et hic non accepti sunt aspectus contrarie
tatem influentes. Et hoc testatur pto
lomeus in proemio centilogii et suus co
mentator. ¶ Secundo supponendum est secundum
sententiam astrorum quod aspectus partilis semper
fortior est quam accessionis ad ipsum vel
applicacionis. ¶ Dies quoque cretici depen
dent ab hiis lune aspectibus ac corporum propriis
partibus ¶ Ratio autem lune in principio morbi
consenciens est morbo. [illegible] ipsa ibidem
existente producitur ad esse fortitudinem morbi
et facit insultum super naturam et in [illegible]
eam. Unde locus lune in principio morbi apparet
morbo sicut a [illegible] Motus
lune apparet illi [illegible] tamquam propter con
figurationis stellarum illum effectum
ordinantis et confirmantis luna quando perve
niens ad aspectum contrarium illi loco de
necessitate desinit virtute contrarium illi mor
bo contrarium potest et debilitat naturam morbi
proposita suo. Et hic est aspectus. et. sive
oppositus ut patet ex prima suppositione ¶ Cum
quoque natura et morbum sit in invicem
rebellio necesse est naturam fortificari cum
luna pervenit ad aspectum morbo contrarium
Luna autem hic non potest facere secundum mensem
consecutionis neque secundum [illegible] mensis
manifeste apparicionis. neque secundum
mensem aliquem ymaginatum cum non eius
non sit causa cuius aliquis. Restat hoc
solum fieri secundum mensem realem quem pera
gracionis appellant et hoc convenit. In
dies et causa fiunt dies partium secundum motum
lune equalem sive medium. Ex
hiis autem patet potest summi numerus dierum cre
ticorum ¶ Primum quoque salvari debet quod
.xx. dies sit cretica et ad hoc salvandum
oportet scire quod computatio non debet fieri secundum
integrum numerum dierum ut vult ypocras.

et hor. patet ex predictis. Item illa dies dicitur
cretica in qua luna pervenit ad aspectum contra-
rium aut proprie attendit respectu loci in quo
fuit principium morbi. Unde frequentius fit
in 20 die quam in 21 quam diem antiqui
Grecis opinatus est esse creticum secundum
quartam. Sed ad hoc contingit 20
die declaratur sit in 27 diebus cum circula-
tio lune totum pertransit zodiacum de ne-
cessitate in medietate medietatem temporis
pertransit medietatem spatii. Medietas
autem temporis est 13 dies et 16 hore et
in hoc tempore luna secundum motum equalem
ad oppositum loci pervenit in quo fuit
principium morbi et sic pervenit ad quartum aspectum
perfecte in 6 diebus et 20 horis ad
secundarium vero aspectum quartum pervenit habet
vero in 20 diebus et 11 horis et hoc
modo dies 21 esset cretica. Sed et
secundum supposita patet quod stella attendet
ad aspectum dummodo sit infra terminos
eiusdem faciat effectum anticipatum et ideo
dies 20 frequentius fit cretica quam
21 propter latitudinem terminis aspectus.
Quod prius luna consequitur quam ad punctum pre-
cise sive perfecte perveniat. Sic ergo
ut frequentius contingit. Unde Galienus
dicit esse mensem hunc medicinalem
quia medius est inter mensem lune proprie
et mense manifeste apparitionis anti-
cipantis particulariter mensem cum qua ne-
[illegible] modo dicto. Sequitur patet quod
mensis apparitionis caret terminis in-
fluentes crises perfecte. A loco namque
ubi incorporatur cum luna usque ad punctum
dyakotomie non est quartus aspectus circuli sive
aspectus quartus. Sic patet quod neque a loco eodem
loco ubi incorporatur fuit usque ad
pleniluniium non est aspectus oppositus
sed est defectus magnus a 180 gra-
dibus ita quod aliquando ascendit defectus
iste [illegible] motus uni diei eo
respondente vel plus et consimilis error
esset in aliis figuris nunc addendo vel
aspectus quem mentes nunc diminuendo sed
quod [illegible] patet considerantibus et attendere ut
plurimum dies creticus 6 die et in aliis
non competentibus hoc autem sequitur ex hoc
quod [illegible] tantis mensis esse minus perfecta
quia non est nisi 26 dierum in diebus. Se-
cundum autem quod licet verus motus lune
non sit uniformis sive equalis tamen dies
cretici possunt uniformiter numerari. Licet
enim difformitatis accipiatur medium quod
ut frequentius declinat dies cretici ad
medium inter extremitates velocitatis
et tarditatis motus lune quam ad extremi-
tates et quoniam ut in pluribus hoc observantur
tamen crises secundum sequitur motum lune sive
velox fuerit sive tardus. Unde x theo-
rice pantegni scriptum est. Oportet quod
intelligi quod luna tardum et velocem
habet motum. Usus autem non est ut semper
moveatur secundum motum altissimum
uterque namque quo festinat in sua actione
aut motu aut propter similitudinem veneris
naturalis et propter subtilitatem et levitatem
materie fit motus et actio super lune zo-
diacum in 27 diebus complente et si
natura tardetur autem ex defectu sua aut
ex grossitudine et gravitate materie fit
motus et actio eius secundum lunam a qua
zodiacus in 27 diebus peragitur. Bene
ergo intelligimus quod diversitates motuum
crisis fiunt secundum diversitatem motuum
nature in velocitate et tarditate sicut
inutiles figure lune in velocitate
et tarditate et hac via patet attendere
quod dies 6 erit cretica ad bonum propter
velocitatem motus lune licet hoc accidat
raro propter quod non dicitur eius crisis esse
certa sive salubris et recidivam patiens
inter cadentes 20 dierum creticorum et
Galienus dicit quod consuetudine ypocra-
tis fuit ut diceret illud verbum quod
multociens attendere videtur et numquam in aliquo

suo sermone quod accidit raro. ¶ Quidam
tamen Galienus 3° libri crisis dicit quod
6. dies licet non sit ex diebus crisis quia
evenit per paroxismos tamen multociens recipit
crisim et exponit consequenter quando hoc
potest fieri secundum causas concurrentes que utique
ordine cause superioris in inferiorem
et licet multociens in 6. die fiat crisis
raro tamen est ad bonum. ¶ Avicenna
4. canonis fen secunda capitulo de crisi et
signis quod cum ergo venit crisis et multe
ex 6. et 7. et tamen cum verificatur
principium egritudinis non bone crisis
raro fit in 6. potest tamen medium ad
bonum accidere motu lune veloci
existente ut dictum est. Verum quia motus
lune verus diminuitur minus diversi-
ficatur a medio motu quam adversita-
tibus reliquis ut dictum est. Et ideo diversi-
tatis motus ut plurimum quidem mutuo
recompensare faciunt quod si motus velox
sit in una parte erit tardus in alia
secundo contra sinus inhibitat cumulationes
dierum equali sive medio motu lune
tamen illud quod in anteriori parte premiquum
est vitari in qualibet medicus contra-
ire potest. ¶ Porro dictum fuit supra quod
propter latitudinem aspectus quo crisis
accelerantur antequam ad punctum aspectus
lunam pervenire pervenerat quare ad sciendam
horam crisis estimatione veritati
proximiore necesse habemus uti temporis quo
tertiate a minori fit quantitate missis
lune prima quarta dierum criticum apparen-
tiori invenimus. ¶ Ad hoc autem sta-
tus parte pertingit consuetudo Galieni
sicut prius in tabulla parata ad hoc
ordinata secundum computationem mensis Galieni
autem in more modico numquam ponuntur
dies critici cum suis medietatibus. Co-
stantinus autem et haly accipiunt dies
criticos non secundum causam propriam sed

secundum figuras illuminationis lune. Sed quia
ex hoc sentibus aduci potest quod a motu lune
dependent. Sicut quidam alii effectus lune
ut fluxus maris et consimiles secundum il-
lius figuras apparet magister. Vir visus. Hinc
capitulum de prima crisi videtur declaratio
sua quare ad proprium lune motum tamquam
illud quod prius dixerat de figuris illumina-
tionis manuductum sit ad causam
veram non quod in figuris illius status sit
tamquam in causa quasita prima. Eodem
modo facit Galienus primo de diebus criticorum.
¶ Est tamen advertendum quod ille figura-
tiones ad bonitatem crisis magis confe-
runt alias quam dies crisis coincidit tempori
illarum figurationum et sic conferunt ad
crisim ille figurationes. ¶ Illud autem quod
Avicenna dicit 4. canonis et capitulo
de causis dierum et paroxismorum dicit quod
lune non est spacio in diebus quietationis
eius a sole. Unde in principio in thori-
ce capitulo scilicet supradicto scribitur quod
quidem facit lunam a sole accipere quia
lumen suum non est novum nisi cum a sole
separatur non potest intelligi absolute immo
corrupta est et truncata quia sed
quod littera iacet nullo modo verificari potest
¶ Est autem littera sua talis. Dixit propterea
quod revolutio lune est in 29. diebus et
3ª fere diminutis diebus quietationis ex
eis propterea quod lune non est spacio quasi fe-
re duo dies et medietas et sic quod
fere remanet 26. et medietas eius erit
13. dies et 4. diei et tercia. Si enim
per revolutionem lune intelligimus mensem
eius primum de quo dictum est supra manifes-
tum est quod ille 29. dies non conti-
net sed 27. et tertiam diei fere atque
diebus quietationis quietem fieri assumit
relinquuntur 12. dies et medietas
diei qui ad propositum non valent.

¶ Si vero mensem famosum lunarem
intelligat ille melior est. Iterum continet
29 dies cum dimidio et amplius et durat
dies certas et adhuc plus secundum arabes
de quibus ipse fuit. Et intelligo dimidio
cum medio secundum quod consuetum est dici
vii et usualiter due lunationes 59
dies continent et adhuc amplius quod
perficit embolismum. Quare litera illa cor
rupta est et truncata. ¶ Et non loquitur avi
cenna ibi secundum opinionem propriam sed
recitat dicta aliorum. Quare autem dicit
lunam non operari in diebus creticis
videtur dicendum non secundum opinionem propriam. Verum
secundum ipsum quod vehementior fit apparitio
diversitatis cum vehementia apparitionis
diversitatis in dispositione et fit vehementius
illud cum luna est secundum oppositionem dispositionis in
qua fuit. Deinde secundum quadraturam et
hoc propter dictam revolutionem ad medie
tatem medietatis ¶ Sed cum dictum
infirmi est degradatio annualium
et Galienus ut supra dicitur lunam esse
quasi alium solem et operari lumine recep
to a sole quomodo quando luna exiens sub
radiis solis per hunc effectum respectu
creticis ¶ Ad quod sciendum. Secundo dicendum
est quod secundum omnes astronomos tanta
est amicitia inter solem et lunam et simili
tudo naturalis quod proprietate sed mu
tuo fovent et confovent virtutibus suis
ad invicem convenientis et similitudinis et quod
cum luna effectum sibi competentem perficere
nequit soli tamquam fautori committit
et tamquam amico validiori cedit
secundum quod exemplo visum est in ada
mante et magnete secundum naturalis
cum deus eorum talis est ut magnes
in adamantis absentia ferro sibi ap
proximato dispositionem adimplet movendi
instituat in presentia vero adamantis
non facit hoc cedit adamanti non
consequens actionem illam sed ipse quidem eam sibi tunc
assumit si fuerit verus et naturalis et non sophisticus
habet tamen actionem non competit in magnetis
absentia. Assimili dicunt astronomi lunam
a sole confirmari etiam ab omni figura competenti
aspectus sit convenientibus. Unde dicit avenezre
in suo electionum libro quod omnis aspectus
solis ad lunam bonus est quia lumen a sole re
cipit ¶ Idem quoque dicit in libro nativita
tum. Dicto quod aspectus solis ad lunam
sive sextilis sive trinus et quartus fuerit
melior est quam aspectus Jovis et veneris.
Et cum saturnus et mars coniuncti cum
luna fortitudo aspectus solis impedimen
tum repelleret utrumque. ¶ Ex hiis quod
patet avicenna cum galieno pacificari.
Luna enim ministra fuit cum sole
operatione sua et virtute. Hac ratione
luminis hoc mutuati a sole soli co
mittit et cedit eadem quando vigor
inveterato non obedit aut bellum
regit ipso parte. Verum sunt tunc in
luna et similiter ita quod hic effectus ad
esse producitur ministratione solis et lune
secundum Galienum. Sed luna non facit hoc
per se secundum avicennam sed sol mediante
adminiculo lunaris communibus. Verum secundum
Galienum 3 dierum creticis luna indiget
sole in omnibus quod agit in talibus ad
invicem communicatur est inquietus secundum
quod in tantum etc. ¶ De diebus autem creticis
ulterius notandum est de operatione ipsorum ad
invicem secundum fortitudinem et debilitatem
in quibus considerato dicta duo consistunt
quorum unum est secundum verum fortitudinis
aspectuum lune et debilitatem eorum ex parte
virtute precedentis ¶ Aliud eorum con
sideratio est secundum quod ad materiam re
fertur morbi ¶ Sic dictum est supra aspec
tus fortissimus est oppositus deinde medie
tas eius quod est aspectus 2 et consequens medietatis

medietas · partes neque secundum medie
tate sunt totum participientes naturalem
totius proportionem nisi retinent
quicunque partes alie secundum proportionem
aliam sunt tot dicentes · Unde Iacob
alkindi dicit equalitatem nunquam posse
reperiri nisi secundum proportionem que est secundum
dupli et resolutionem et non posse
nisi in proportione dupli · Et dicit pro
portione dupli existere proportionem nature
cum ducat ad equalitatem · Omne
enim quod in equale resolvitur in proportione
dupli existit. Ipsa ergo proportio dupli
inter omnes est quietior · hec enim secundum
musicos est omnibus gloriosior proportio
scilicet dupli et sesquidupli que secundum ipsos
dyapason vocatur. ¶ Insuper enim
musice scribitur quod sit numerus capud
est unitas ita proportionum omnium prin
cipium est equalitas quo circa hoc modo
arismetica medietas ab equalitate
nascitur. ¶ Primum autem inequalitatis genus
equalitati proximum est dupla proportio
cum sit prima multiplex ad simplicitatem
attendens maxime · que secundum hunc
proportionem res disposita minorem recipit
ypertrofiate et similitudine cum ipsa res non
que secundum aliam quamcunque proportio ¶ Amplius
cum omnium celestium quietas ad concordiam
et proportionalitatem reducatur unde est · d · aspec
tum in quietate sequitur oppositum · quod · d ·
magis verum est eadem duobus locis oppositi
et similiter unitur hinc quibus medietas
medietatis unde illius sapit cuius
est medietas ¶ Angulorum quoque proportionalitas
hoc idem convincit ut patet intuenti per
tes geometrie · Unde dicit ptolomeus
· 60 · proportione tetralogi et sunt quincunque

quod crise laudabiles sunt in oppositione huius
dolorum principium consuetudinis. Deinde secundum
et aspectum. Deinde secundum figuram orthogo
nam autem secundum sedecagonam · ita quod
dies figurationum debiliores veritatis in
dictum sunt respectu fortiores et hoc innuit
auctoritas capitulo de crisis dierum Ypocras
· d · Et nichilominus sit illud quod hic est
secundum oppositum dispositionis nunquam fuit · dom
sed quantitatione et hic per dictum vel motionis
ad medietatem medietatis ¶ Ad hoc ergo
respiciendo fortior omnium dierum crisis est
· 14 · deinde · 7 · et · 20 · et sit per ordinem
aspectus et fortitudine maiore et minore
¶ Et sciendo quod · 7 · et · 20 · equales sunt fortitu
dinis quantum est de se aspectus nisi quod
unus illas aliquid illa fortior et unquam
minor angulus hiis et hiis propinquior
ut earum hoc fuit et quicunque ¶ Patet
ergo quod · 14 · primus veniens aspectus oppositi
fortior est aliis · 20 · ad oppositum loci re
uenit in quo fuit in principio morbi primus quod
ypocras dixit duobus fecit mentionem
dicens in amphorismis · In particularitate
consuetudinis · in · 14 · diebus indicantur et
hoc loquendo de virtutis absoluto nomine
ut fatetur Gal. ¶ Tertium prima propositi
tot particula ¶ Sunt homines est in fortitudine
naturali consuetudine que cum febre est cum
cum est · in · 20 · diebus et hoc quantum
ad aliquas tropicas ut ibi habetur videri
¶ Circa vero dies reliquos per ordinem ab
hac diminuunt fortitudine secundum or
dinem medietationis aspectuum · hoc
est quod dicitur capitulo prescripto allegato
nisi sit · Considera tu quomodo cadat
quod ipse fecit de distinctione quatuor et
septem non quantum indicibus crisis
meliusque veniens fortis usque ad · 20 · diem
deinde aduenit veniens septimus usque ad 40 ·

132

lum quod est in egritudine cronica preclusit,
.20. aut attende. septenos ¶ Idem vero
vult Gal. 3. particula pronosticorum quartum
aut summant penes mediatos aspectus.
.7. et sunt debiliores septenis qui penes
.7. summuntur aspectum et hec quod quanto sup
tante refundo dies creticos adveniunt supra
que tamen non respiciendo morbi initium
¶ Isto lateat autem nos dicit .20. inter creticos
esse ponitur ab ypocrate inquantum quidem luna
ad locum quem in morbi principio possidebat re
vertitur ex quo aliquis posset opinari contra
eius quod dictum est supra quod luna in loco suo
principii existens non debet ad crisim
movere nam si hoc verum esset non fieret crisis
in .20. die ¶ Et si .20. die luna ad principium
radiens ad crisim movet eadem ratione
et in .27. facere debet et multo magis. dies
critici procedunt tamen magis debilitantur
